



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

IV. Markgraf Woldemar vereignet dem Ritter Johann von Kröcher das Dorf Wernstedt und halb Velwitz zur Uebertragung des Eigenthumes an geistliche Stifte, am 13. April 1318.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

IV. Markgraf Woldemar vereignet dem Ritter Johann von Kröcher das Dorf Wernstedt und halb Belwitz zur Uebertragung des Eigenthumes an geistliche Stifte, am 13. April 1318.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Nos Woldemarus, dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lusatie, vniuersis Christi fidelibus — recognoscimus in his scriptis publice protestantes, quod diuine retributionis intuitu — dedimus et donamus nostro fideli Johanni de Crochere, militi, proprietatem et aduocatiam totius ville Wernstede site trans siluam juxta Castrum Calue in agris, pratis, cultis et incultis, aquis, pascuis et nemoribus ac suis pertinentiis vniuersis, volentes eandem villam liberam esse a precaria qualibet, angariis, parangariis et exactionibus ac seruitiorum generibus vniuersis, nec ciues ejusdem ville iudicium, quod Landdingh dicitur vulgariter tenebuntur adire, neque aliquis nostrorum aduocatorum in predicta villa vel suis terminis iudicare poterit aut aliquam iurisdictionem exercere. Ratum et gratum habentes et presentibus confirmantes cuicumque loco religioso vel monasterio hanc nostram donationem cum prefata villa idem Johannes voluerit erogare. Nam predictam villam idem miles piis usibus et diuinis cum omnibus suis pertinentiis applicare decreuit. Vnde quicumque hanc piam donationem nostram et suam in aliquo violare presumeret, quod absit, indignationem nostram certissime se nouerit incursum. Insuper donauimus sepedicto Johanni de Crochere, militi, de nostrorum consensu heredum legitimorum proprietatem et aduocatiam dimidie ville Veleuitze in agris, pratis, cultis et incultis, aquis, pascuis et nemoribus suisque pertinentiis vniuersis, gratum etiam et ratum habentes et presentibus confirmantes cuicumque loco vel monasterio proprietatem et aduocatiam eandem sepefatus Johannes, miles, voluerit donare. Vt autem hec omnia inuiolata permaneant et a nullo hominum in posterum infringantur, presentem literam super his confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes autem harum donationum sunt Nobilis vir dominus Gunterus de Keuerenbergh, Henninghus de Blankenborch, noster dapifer, Conradus de Redern, Borchardus de Bartensleue, milites nostri fideles, et Euerardus, noster Capellanus, aliique quam plures fide digni. Datum Tanchermünde, anno domini M^o. CCC^o. XVIII^o., feria V. ante palmas.

Gercken's Dipl. I, 300—303.

Das Stift, dem Johann, Heinrich und Jordan, Gebrüder von Kröcher, die in der Urkunde gedachten Besitzungen zuwandten, war das heilige Geist-Kloster zu Salzwedel.

V. Droyseke von Kröcher und dessen Söhne verpfänden ihr Schloß Kalbe der Mannschaft in der Vogtei Langermünde, sowie den Städten Stendal, Langermünde und Osterburg, am 28. August 1320.

We her droyseke vnde sine sone her hannes, her heyneke vnde Jordan, van Cröcheren ghenannt, bekennen vnde betughen in dissem gegenwardeghen breue, dat we hebben